



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Gallia Vindicata, In Qua Testimoniis Exemplisque
Gallicanæ Præsertim Ecclesiæ, Quæ Pro Regalia, Ac
Quatuor Parisiensibus Propositionibus A Ludovico
Maimburgo, Aliisque producta sunt, Refutantur**

Sfondrati, Celestino

[Ort nicht ermittelt], MDCLXXXVIII.

38. Secundum Breve S. D. N. Innocentij Papæ ad Episcopum Apamiensem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38277

stram auctoritatem suam persuadendo Regi interponere, ut Regalia intra fines à Majoribus suis obtentos, & à Lugdunensi Concilio (quod extendi eam vetuit) concessos contentus esse velit.

Finio, mi Pater, nec aliud adjungo, quàm esse utique Charitatis Vestrae, pacem tandem concedere Episcopo septuaginta annos nato, quadraginta pastorales infu- las sustinenti, & ultimas horas praetolanti; nec amplius patri viros selectae virtutis, Deoque speciali ratione consecratos, quique cum tanta omnium aedificatione illius se obsequio addixerunt, ab ijs tam saeva persecutione pulsari dissipari- que, qui se vitae Regularis hostes profitentur. Spero equidem, me Deo propitio usque in extrema fidelem fore, nec cessabo esse, quidcunque tandem à Paternitate Vestra ad- versi mihi contigerit.

Admodum Reverendae

Paternitatis Vestrae

*Humillimus & Obedientissimus
Servus*

Franciscus Episcopus Apamiensis

Documentum XXXVIII.

Secundum Breve Sanctissimi D. N. INNOCENTII
PP. XI. ad Illustrissimum & Reverendissimum Epi-
scopum Apamiensem.

INNOCENTIUS PP. XI.

Venerabilis Frater, salutem & Apostolicam Benedi-
ctionem. Praecipuae argumentum laetitiae attulerunt
nobis litterae Fraternalitatis tuae proximè ad Nos datae, in
qui-

quibus eximium tuum de integra atque incorrupta servanda morali Theologia, de instauranda Cleri, & Regularium Ordinum disciplina, deque propulsanda ab Ecclesia secularis potestatis injuria, zelum studiumque disertè declares. Et quidem quod ad diocesis tuæ rationes pertinet, gratias Divinæ Majestati agere non cessamus, quòd in tanta rerum ac temporum difficultate suscitaverit sibi Sacerdotem fidelem, qui opponat murum pro domo Israël. Neque dubitamus, quin tot experimentis probata, & confirmata virtus tua, egregio proposito, Deo bene juvante, ad extremum constanter insistat, parati omni ope & auctoritate nostrâ tibi pro Dei honore tam strenuè laboranti, perpetuò adesse. Reliqua à dilectofilio Archiepiscytero Aquensi Viro pio, atque industrio, qui tuas Nobis litteras reddidit, & à quo has Nostras accipies, fusiùs cognosces, ac Fraternitati tuæ Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam MARIAM majorem sub annulo Piscatoris die secundâ Augusti 1679. Pontificatûs Nostri anno tertio.

Marius Spinula,

Documentum XXXIX.

Epistola ejusdem Illustrissimi & Reverendissimi
Episcopi Apamiensis ad D. de Harlay Procuratorem
Generalem Parlamenti Parisiensis.

Apamijs 4. Septemb. 1679.

Insinuatum mihi fuit Arrestum, seu sententia ad instantiam Vestram à Parlamento pronuntiata, quo coram eo tribunali sisti jubeor ad videndum irritari duas Constitutio-

T r

tioncs.

allia
indicata
ca III
230